

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Christus Magdalenæ, contra Pharisæum, Patronus; & cur vni Deus donet, non ite[m] alteri, quod peccauit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

Christo Scribe & Pharisi mulierem in adulterio deprehensam, & sta-
tuerunt eam in medio, fingentes scilicet, se Christi iudicio stare vel-
le; quamuis scrupulum subijciebant: In lege Moyses mandauit
nobis huiusmodi lapidare, quid tu dicas, approbasne legem, an re-
probas? Hoc, totum dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum.
Sciebant enim eum misericordiam profiteri & mansuetudinem. Ita S. Aug.
Quare si, lapidandam dixisset, clamassent, eum tam misericor-
dem, clementemque non esse, quam videri vellet, ut qui mulierem
capitis damnasset; si non lapidandam, ipsum igitur lapidandum,
ut qui legem Moysis violaret. Sed Dominus in respondendo, & iusti- S Augustin.
tiam seruaturus est, inquit S. Augustinus, & à mansuetudine non
recessurus. Non dixit: Non lapidetur, ne contra legem dicere videre-
tur. Absit autem, ut diceret. Lapidetur. Venit enim non perdere, quod
inuenerat, sed querere, quod perierat. Quid ergo respondit? Qui sine
peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Hec scilicet vox
iustitia est: Puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus. Audiuimus
vozem iustitiae, audiamus & mansuetudinis. Nec ego, inquit, te contem-
nabo. Sed quid est, Domine? faves ergo peccatis? Non plane. At-
tende, quod sequitur: Vade, & amplius noli peccare. Ergo & Dominus
damnauit, sed peccata, non hominem. Sic veritas, sic sapientia, sic
ipfa, cui calumnia parabatur, iustitia, & adulteram pariter, &
adulteræ accusatores emendauit. Illa bonitate correcta est; istis
ad propriam conscientiam remissis, vel aperte in terra puluere,
scriptum, vel tacite in pectore dictum est: Festucam, quæ in oculo est Matth. 7.3.
fratrii tui, vides, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides? Hæc
est imago bonitatis illius, quæ etiam, inter ipsam Scribarum & Pha- Sap.7.26.
risæorum malitiam, enim uero in adulteram in flagranti delicto
deprehensam, explendescit.

Alterum exemplum offensi bonitate Pharisi Lucas exhibet, in Magdalena, quæ erat in ciuitate peccatrix, quæ stans retro se-
cus pedes Christi, lachrymis caput rigare pedes eius, & capillis capitis
sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vnguebat. Videns
autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset
Propheta, sciret utiq., quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia
peccatrix est. Vides hic bonitatem Christi, & peruersum iudicium
Pharisi? Ille suscipit resipiscerem; iste indignatur Pastori ouem
suscipienti. Christus fidem & dilectionem mulieris; Phariseus
peccatrixis delicta intuetur. Christus clementer, Phariseus teme-
rè &

V I.
Luc.7.38.

II V

S. Aug. 1. 50. rē & impiè iudicat; nempe putat, ignorare Christum, qualis si homil. 23. mulier, cum ille non solum mulieris mores, sed ipsius etiam Pha-
Dio. lib. 41. risæi cogitationes perspectas haberet. Caium Iul. Cæsarem lau-
dant Scriptores, quod, cum in scrinijs Pompeij secretæ litteræ re-
pertæ essent, ex quibus, quo plerique animo, & erga Pompeium,
& contra se fuissent, deprehendere potuisset, neque legerit eas, ne-
que descripsérunt, sed extemplo cremarunt, ne quid acerbius in-
quenquam statuere cogeretur. Quantis laudibus dignus est Deus,
Ierem. 31. cuius illa vox est: *propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius?* Igitur Phariseus peruersè Christum, & non
34. ex vero, sed de suo ingenio iudicauit. Cum enim turgido infla-
tus Spiritu, sanctū se esse profiteretur, quasi propheticum illud di-
Isa. 52. 11. cens: *Discende à me, & noli me tangere, quia mundus sum;* offendie-
batur, quod se Christus à muliere peccatrice contrectari patere.
Math. 5. 30. tur: quemadmodum & illi alij, qui dicebant: *Quare cum Publi-
canis & peccatoribus manducatis & bibitis?* At non tali spiritu erat
humilis & humilitatis Magister, vt medicus ægrotos, oues vt Pa-
stor, peccatores recipiebat vt Saluator; & pro hac bonitate sua,
qua amari merebatur, hominum linguas passus est. Nempe vt,
qui oculis malè affecti sunt, luce; ita pessimi quique ipsa offen-
duntur bonitate. At ignoscit vni, non ignoscit alteri? *Quod*
S. Aug. 1. de DEVS alij gratuita vocatione conuersis misericordiam largitur in-
Prædest. & debitam, non ad dispensatoris iniustiam, sed ad donantis misericor-
& gratia c. dissimam liberalitatem, veritatis ratione referendum est. *An-*
3. *audebit debitor creditorem iniquitatis arguere?* si alteri donans ab eo,
quod debitum, exegerit? *Si ergo inter contractus hominum, nullus ex*
hoc præsumptionis locus est, vt à se dicat debitor iniuste exigi, quia scit alij
debitori ab eodem, quod debebat, creditore donatum: quis in tantam in-
saniam prophane vocis erumpat, vt iniustitia Deum arguat, si vni inde-
bitam donauerit gratiam, & alteri debitam reddiderit pœnam? Ita,
est, & tamen est, qui murmurat.

VII. Sed non idcirco Deus definit esse bonus, qui eiuscmodi
Matt. 20. 15. murmuratori respondet: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus*
Luc. 15. 12. *sum?* itemque, *Non licet mihi, quod volo, facere?* Quod est tertium
exemplum, cui, vt quartum addam. Verum est, multos, cum filio il-
lo adolescentiore, accepta substantia sua, peregrè, à Deo, profi-
cisci, atque in regionem longinquam, & ibi dissipare substantiam suam.
(omnes dotes spirituales, cum ipsa diuina gratia animaque sua.)
vivens